

IGNOTIS AMICIS BENEFICIS

Vitam, largitor sanguinis, asservas,
fraterve sororve servator,
sanguinis alme dator!

Vitam, thesaurum hunc donatum, quae unica gaza
Certe haud paucis est, optime munifice,
Tu miseris frater, largitor sanguinis alme,
Ignote, asservas sanguine nempe tuo.
Quot, scisne, usque manus cupide tua brachia quaerunt,
O quot corda vocant usque tuum cor amans!
Atque oculi, qui animum gratum monstrant, lacrimosi
Ad te se vertunt, ut rosa solis ad hunc.
Forsitan ignotis occurris et obvius es tu,
In quorum venis ipse tuus cruor est,
Quis ita factus eras igitur fraterve sororve,
Quos quia non noscens dilligis atque adamas.
Misisti quibus imprimis donum pretiosum
Cumque cruore tuo tu datus ipse es eis.
Es magnus, scito, sine nomine tute homo parve,
Servator, miseris sospes in exitiis!
Infortunia crebra instant cunctis velut umbra
His vitae gradibus, prospera quam fugiunt
Et quam damna premunt ac raro gaudia visunt
Atque periculum adest semper ubique minans.
Mors properat sequiturque vehicla vel insidiatur
In montis barathris inque voraginibus,
Cum fremit in terrae gremio, mors arrigit aures
Victrix, cumque domos saxa ruunt placidas,
Bella vorant cum hominum mediocrem prosperitatem,
Qua fruier nequeunt, pacis opis cupidi.
Audit sed cor mite tuum gemitus strepitusque,
Es vitae socius, sanguinis alme dator!
Sanguis, scito, tuus mortem praecurrit iniquam
Atque cruore tuo pristina vita viget. . .
Vere amor iste tuus finem et discrimina nescit,
Sol ut, ubique domi, sic amor iste tuus. . .

Composuit Slov.
Gema' Hafner

Maribor
Ljubljana
1970

Vertit Latine
Silvo Kopriva